UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

rius admittat patrimonij alienationem, ſeu reſignationem beneficij, teneret quidem alienatio, vel reſignatio, ſed ſi clericus non habeat vnde viuere poſſit, tunc ordinarius ſciens, vel ſcire debẽs tenebitur eidem Clerico alimenta miniſtrare de proprio *iuxta cap. cum ſecundum de Præb.*

40 Addit Quarant. *in ver. ordo verſ. quod intellige*, Concilium loco cit. prouidiſſe bono publico, & decori Eccleſiæ, quod conſiſtit in hoc ordinandorum titulo, nè in opprobrium ſtatus clericalis mẽdicare cogantur: & ideò huic priuilegio neque cum iuramento renunciari poteſt *ad tex. in cap. ſi diligenti de for. compet.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ordinans diſpenſat cũ Regularibus ſuper interſtitijs, non autem Prælatus regularis.*
2 *An hæc facultas competat Vicario Epiſcopi.*
3 *Et an competat Vicario Capitulari.*
4 *Si Abbates ſuis ſubditis ordines minores conferant, an poſſint cũ illis ſuper interſtitijs diſpenſare.*
5 *Subditi in hoc caſu qui dicantur.*
6 *Quæ cauſa requiratur in diſpẽſatione interſtitiorum.*
7 *Patres Societatis Ieſu etiam extra tempora, & abſque vlla fũctione in ipſis ordinibus, aut obſeruatione interſtitiorum promoueri poſſunt.*
8 *An hoc priuilegium ad alias Religiones communicantes extendatur.*
9 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum familiari ſuo ſuper interſtitijs.*
Et an poſſit illum habilitare ad minores ordines, ſi eſſet illegitimus, ibidem.
10 *An aliquam pœnam incurrant ſuſcipientes ordines non ſeruatis temporum interſtitijs.*
Et an Epiſcopus ordinans in tali caſu incurrat in aliquam pœnã, ibidem.
11 *Quando præſumatur tacita diſpenſatio.*
12 *An Epiſcopus quatuor minores ordines poſſit eadem die vni cõferre.*

CAP. III.

De Temporum interſtitijs.

§. I.

Ad quem ſpectet diſpenſare ſuper interſtitijs cum Regularibus.

1 RESp. quod licèt Epiſcopus ordinator nõ poſſit diſpenſare ſuper interſtitijs cum non Diœceſano, niſi hoc in dimiſſorijs expreſsè concedatur, *vt cenſuit Sac. Cong. die 9. Auguſti* 1593. diuerſum tamen eſt quoad Regulares, cum quibus non Prælatus regularis, ſed Epiſcopus ordinans in hoc diſpenſat, qui tamen quo ad cauſam diſpenſationis iudicium formare debet ex atteſtatione Præla-